



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt II. Ex Concilio (a) Pictaviensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](#)

## In Librum III. Decretalium,

improbum usum accipiens est textus *in dicto can. 69.* Posterioribus autem saeculis in Concilio Aquensi celebrato anno 1586. de laicis nobilibus ita cautum fuit: *Laici vero nobilitores, & qui vel Christianissimi Regis Consiliarii, & Officiales, aut ex Militaribus Ordinibus, aut communitatibus Magistris fuerint, poterunt intra chorum admissi; ita tamen ut post clericos sedeant, nec inter clericos ipsos ipsis sedere licet.* Refert Coriolanus *in addit. ad summam*, fol. 158. quod de Ducibus & Comitis aliquando locum indebitum usurpantibus probat Alteilla de *Ducibus lib. 1. cap. 17.* eti debitus honor illis servandus sit, juxta Concil. Wormat. *can. 58. ibi: Ut Episcopi provideant quenam honorem presbyteri senioribus tribuant.* Trofian. *can. 6.* Presbyteris vestris humilitatis exempla, & monita dare debemus, videlicet ut eis, in quorum ditione sua consenserit Ecclesia, congruum honorem & obsequium impendamus debitus, id est, spirituale, atque ecclesiasticum; & hoc sine alio typlo, vel contentione, aut rebellione.

<sup>14.</sup> *De monachis.* Supereft tantum, ut de Monachis agamus, qui primis Ecclesiæ saeculis sacris Ordinibus non initiantur, *cap. Monach. cap. adiutorius 16. 9. 1.* unde non incongrue ambigitur, an inter clericos, an vero cum laicis in Ecclesia consistent? Et quia monachi laicorum statui plene adscripti non erant, sed medio inter hos, & clericos gradu potiebant, fateri necesse est, distinctum, diversumque locum monachos in Ecclesia tenuisse, extra chorum videlicet, sed propè cancellos; quod facile probatur ex B. Dionysio Areopag. qui epist. ad Demophilum, partem templi patuisse refert plebi sanctæ, aliam Terapeutis, tertiam

Clero: & cap. 7. de hierarch. Eccles. ait: *Hic qui monachi sunt ordinati, adytorum porta segregata sunt, iuxta quam initiantur, & adstant non ad custodiā, sed ut ordinem recognoscant suum, sintque ipso populo propinquiores Sacerdotibus.* Deinde sanctus Basilis Magnus homilia 2. de laudibus jejuni, ita scribit: *Lejunantem inter sacrorum cancellos recipit Dominus, at luxa, crapulaque plenum, veluti prophanum, & à sacris alienum nequam admittit.* Ubi, sicut non est dubium, quin cancellorum nomine intelligat sanctum non eos, qui choro propriis clericorum stationi circundati erant, sed quibus proximus choro locus à reliquis se-jungebatur; ita jejunantis vox apud eundem non quilibet jejunio corpus macerantem significat, sed eum, qui monasticam vitam professus est. Gregorius Nazianz. orat. 32. ubi de singulorum, qui concionanti & sacrificanti aderant, locis, & ordinibus verba faciens, ita scripit: *Vale Catredra, invidiosum hoc, & peritulosum fastigium Pontificum, concilium Sacerdotiorum, non minus majestate, quam etate oratorum, & quicunque tandem alii circa sacrosanctam mensam ministriatis, atque ad appropinquantem Deum appropinquatis, vult Nazarorum chori, virginum sanctimonio, mulierum modestia.* Ubi pro Nazarais monachos accipi probat Vicecomes volum, 3. lib. 2. cap. 38. & ita dum Gregorius prius de clericis, postea de monachis, tandem de laicis agit, aperit demonstrat, monachos in diverso loco clericis immediato sedisse; quod & docent Lemaître in *constitutione Sorbon. I. p. cap. 2. & de monachis lib. 1. cap. fin. in principio.* contra Hallierum Cellotius de hierarch. lib. 7. cap. 1. per tot. Franciscus Hallier, in *vindictis lib. 4. c. 1.*

## CAPUT II.

## Ex Concilio (a) Pictaviensi.

**C**lerici arma portantes, vel (b) usurarii, excommunicentur.

## NOTÆ.

1. (a) *Pictaviensi.] Can. ult. juxta editionem Baronii anno 1100. num. 19.* Coriolani in *summa* fol. 490. *De hoc Concilio & causa illius congregations nonnulla notavi in cap. 1. de ateate & qualitate.* Etiam reperitur textus hic in *cap. 2. hoc tit. in 1. collect.*

2. (b) *Vel usurarii.] Ita legitur in dictis editiōnibus Baronii, & Coriolani, & in Regia tom. 14. Conciliorum:* unde necesse non est cum repetentibus in præteri conjunctivam accipere pro disjunctiva; sapienter enim brevitatis causâ Patres hujus Concilii diversa sub uno canone statuerunt, ut notavi in *cap. 1. de filiis Presb.* & ita quia parem pecuniam imponebant clericis usurariis, vel ipsis arma portantibus, id est eos tam armatos, quam usurarios in hoc canone coniungerunt. De clericis usurariis agemus (si Deus viram, otiumque dederit) in *cap. 1. de usurariis*, in præsenti tantum de deferentibus arma videamus.

## COMMENTARIUM.

3. *Ex hoc canone sequens communiter deducitur assertio: Clerici arma deferre non de-*

bent, alias deponuntur. Probant eam Concil. Tolitan. *can. 44.* sub Honorio I. celebratum: *Clerici qui in quacunque seditione arma volentes sumpserint, aut sumplerent, reperti, amissi ordinis fugiandu, in monasterio contradicunt perennius punitio.* Item Concil. Francicum celebratum sub Carolo Magno Principe, presidente Legato Sedis Apostolice Bonifacio Moguntinensi Archiepiscopo; Servi Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere omnino prohibemus, nisi illis tantummodo; qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solemnia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc leti sunt; id est, unus, vel duos Episcopos cum Capellaniis suis Principes secum habeat. Idem antea statuerat scribens ad eundem Bonifacium Zacharias I. epist. 8. & 9. Idem & Carolus Magnus in *constitutionibus suis*: idem omnino & Concil. Metense *cap. 10.* sub Arnulpho, & Concil. Bitterense *can. 14.* Concil. Moguntin. *4. can. 74.* Nos, qui reliquum seculum, id modis omnibus observare volumus, ut armis ritusalia habeamus, corporalia dimittamus. Concilium Wormatiense sub Pipino, *can. 16.* Ut arma clericorum non portent. Claromontanum sub Urbano II. *can. 4.* Ne aliquis clericus arma deferat. Ravennat. tempore

tempore Honorii IV. can. 3. cap. eos 20. q. 3. cap. por-  
rò 16. q. 3. cap. quisquis 17. q. 4. cap. cùm clericos de vo-  
to cap. quod in dubiis. de poniū. cap. in audiētia,  
de sent. excom. cap. clericus 8. 41. disf. cap. si quis. 41.  
disf. cap. 6. 8. clericos cap. 12. cap. penult. de homicid.  
cap. non pila. cap. conveior 23. q. 8. Clem. I. §. quia  
vare. defau monach. Clement. unica. ver. Quidam  
cum armis. de excess. Prelat. Concil. Britannicum  
sub Agathone: Statuimus etiam, atque decernimus,  
ut Episcop vel quicunque Ecclesiastici ordinis rela-  
gijam vitam profisi, armis non utantur. In exce-  
ptionibus Eboracensis Episcopi, num. 17.  
hac legumur; Nemo sacerdotum ex numero arma  
pugnantium unquam portet. Innocent. III. lib. I.  
epis. 43. Sanctus Bernardus epis. 203. Nec clerici  
est, pugnare armis militariis. Concil. Illerdense  
celebratum anno 1219. sub Joanne Cardinali A.  
S. L. de Ecclesiis, civitatis, vilis, vel aldeis cle-  
riis cultellos acutos portare non presument; lex 53.  
§. circumcengere, C. de Episcopis & Clericis: alia  
congerunt Crespetius in summa, verbo Arma, il-  
lulant ultra congetilos in præsentia Garanna &  
Barboli, idem Barbola de officio Parochi cap. 6. &  
de iure Eccles. lib. I. cap. 4. num. 137. Ant. Augustinus  
in epis. lib. 6. tit. 54. Acunna in d. e. Clericos,  
41. disf. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 5. Cironius in  
compil. in cap. 1. de sent. excom. Salmutius ad Pan-  
carolam lib. I. tit. 56. Wadingus in notes ad opera  
D. Francisci, fol. 265. Joannes Garcia in summa  
trat. I. disf. 2. dub. 2. num. 9. Claudius Espenceus  
lib. 2. digress. cap. 6. Ant. Augustinus lib. 8 tit. 43.  
Rouffelius lib. 4. hisp. iuris. cap. 4. Theophilus  
Raynaud, tom. 7. de religioso loricato, fol. 193.  
Florens in presenti.

Hac tamen assertio difficultis redditur ex se-  
quentibus iuri principiis. Et primò, nam armo-  
rum finis est defensio propriæ vitæ, aut bono-  
rum. Novell. 85. cap. 4. in fine, nec divitiarum se-  
cira est possesso, nisi atqñorū defensione fer-  
ventur. Vegetius lib. 3. de re milit. & cum juris  
gentium sit, vix atque injuriam propulsare, l.  
ut vix. ff. de iustitia & iure, 1.45. §. 4. ff. ad leg.  
Aquil. & ipsa naturalis ratio permitrat, ut à pe-  
riculis nos defendamus, t. uagne 4. ff. ad leg.  
Aquil. unde jus hoc, ut arma armis repellere lice-  
at, à natura comparatum dicitur, l. 1. §. vim vi  
27. ff. de vi & vi arm. sèpe enim præsens ne-  
cellitas moratae judiciorum non admittit, l. 1.  
§. fed excepuntur 2. de feris, l. 3. §. ut. ff. ad legem  
Cornel. de scir. 17. §. 1. ff. quod vi aut clam, cap. 3.  
23. q. 1. Igitur hac defensio omnibus permisita,  
qua ex delatione armorum provenit, clericis  
aufferi non debet. Augetur hac difficultas  
ex precepto Domini nostri Jesu Christi, qui  
lepus etiam sacris Ecclesiis ministris jussit arma  
defere; in ipso enim limine sua passionis Apo-  
stolos admonuit, ut gladios compararent, his  
verbis Lucæ cap. 22. vers. 36. Quinon habet gla-  
dium, vendat tunicam, & emat illum. Nec D. Petro  
Apostolorum Principi, percussenti gladio auriculam militis, jussit Dominus projectare gla-  
dium, sed potius custodiare, & conservare,  
his verbis, Matthæi cap. 26. vers. 52. Converte gla-  
dium tuum in locum suum. Igitur à clerici statu  
alienum non est, gladios deferre, seu arma  
portare.

Quâ difficultate minime obstante, vera est  
præsens decisio, pro cuius expositione sciendum  
est, arma translatiæ, & minus propriè acipi  
pro qualibet munitione, quo quis gaudet; sic

instrumenta rustica agricultorum arma dixit Vir-  
gilius lib. I. Georg. ver. 60.  
Dicendum est que sunt duris agransibus arma.  
Et Nautarum lib. 5. Aeneid.  
Colligere arma jubet, validisque incumbere  
remis.  
Sic studiorum arma libri dicuntur. Gœddeus  
in l. 41. num. 6 ff. de verb signif. & insignia genti-  
litia communiter arma dicuntur. Höpingius de  
jure insigniam, in princip. num. 31. proprie tamen  
arma intelliguntur, qua principales secundum  
naturem ultum ad defendendum, & offendend-  
dum sunt ordinata, ut gladius, lancea, bombar-  
da, ballista, de quibus Virgil. lib. I. Aeneid.  
vers. 54.

Furor armæ administrat.

Unde Consulitus in l. armatos 9. ff. ad leg. Julianum  
de vi publica, armatos non tantum eos accipien-  
dos esse monet, qui tela habuerunt, sed etiam  
quicquid aliud, quod nocere possit. Faciunt lex  
quod est 3. §. armis, ff. de vi & vi, lex 2. ff. de vi  
bonor. rapt. junctis traditis per Boicerum claf. 4.  
disput. 13. thesi 7. Pancirolam ubi supra, & inno-  
rit. Imperii, cap. 66. Demisterum ad Rosnum lib. 3.  
cap. 5. Tabor. in armament. in principio; quo modo  
in præsenti prohibitione, & similibus inhibitionibus  
de armis non deferendis, arma acci-  
piuntur pro omnibus illis instrumentis, quibus  
ad nocendum homines utuntur, & eo animo de-  
feruntur; unde armorum prohibitiō cessat, ubi  
quis arma ad panem incidentum, vel ad aptan-  
das pennas portaverit, vel etiam cultellos mi-  
norē. cap. laor. 9. de homicidio, qui armorum ap-  
pellatione non veniunt, Novella 85. cap. 4. ibi:  
Permitimus cultellos minorē. Quod tamen intel-  
ligitur de cultellis modò definitis; nam cultelli  
majores, cultri dicti, cum quibus gravis percus-  
sio inferri potest, prohibentur clericis, & mo-  
nachis. Concil. Iller. suprà relatum, Arnulphus  
Episcopus Lexov. epis. ad Alex. Papam, ibi: Ac  
nisi de cultellis eorum pugionem provida sustulisse  
set antiquitas, sapis usque ad alterna etiam mor-  
tes intemperantia desavisset. Notavit Cironius in  
cap. 1. de sent. excom. in 5. compil. quo modo acci-  
pienda sunt plura statuta Pontificia, qua cultel-  
lorum gestationem prohibent apud Arnileum  
lib. 2. de iure majest. cap. 5. §. pag. 337. Arma igi-  
tur offensiva, vel defensiva, qua ad armandum  
hominem inventa sunt, hæc prohibitione conti-  
nentur. Cæterum qua ad armandum hominem  
facta non sunt, laderē tamen quem possunt, ut  
lapides, fustes, & similia, licet in maleficiis  
perpetratis armorum nomine veniant; tamen in  
simplici prohibitione gestationis armorum non  
continentur, nec etiam penam adiectam defen-  
senti arma patitur, qui arma defert ad nocen-  
dum fabricata, ita tamen corrupta, ut nocere am-  
plius nequeant, & speciem tantum armorum  
habeant. Riccius decis. 63. Curie Neapolit. ubi  
decimus refert, quod clericus, qui archibule-  
tum gestaverat ablique silice, līve fusili, cani-  
busque ferreis, absolutus fuit à Synodi provin-  
cialis Neapolit. pena contra portantes arma,  
cum talia non portaret, qua apta erant ad no-  
cendum, argumento legis Quintus 27. v. qui an-  
rum 3. ff. de auro & argente. probat Decianus  
confil. 122.

Secundò sciendum est, armorum delationem,  
seu usum regulariter privatis prohiberi in l. unic De amo-  
C. ut armorum usum, exactionibus, quas insta in  
rum aju  
probatio.  
eius

ejus interpretatione assignavimus, adeo ut nec fabris ipsorum usus permittatur, novella 85. cap. 1. ac nec militibus quidem extra usum belli, ut probat Arniseus d. cap. 5. p. 340. ex l. qui commen-  
tus 14. ff. de re milit. ibi: *Armorumque custodi plenarumque et culpa imputatur, si arma militii commisit non suo tempore.* In posterioritate nobiles à plebe distinxit delatio armorum Guatherus lib. 3. Ligust. in Frider.

*Vtque suis omnibus depellere finibus hostem  
Posset, & armorum patriam virtutem tueri,  
Quoslibet ex humile vulgo, quod Gallia fadum  
Judicat, accingi gladio concedit eques.*

Quo ex loco intelligimus de nobilibus tantum accepientum esse canonem 17. Concil. Mognunt. 1. ibi: *Laici vero qui apud nos sunt, arma portare non prejudgetemus, quia antiquus mos est, & ad nos usque pervenit. Et tunc nobiles enes accipiebant de altari. Petrus Bles. epist. 9. 4. ibi: Sed & hodie tyrones enes suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios Ecclesia, atque ad honorem sacerdotii, ad uitiationem pauperum, ad vindictam malefactorum, & patria liberationem gladium acce-  
pisse.* Probat Alteferra de Duciibus, cap. 7. ob institutum vero, & peculiarem professionem ab armorum uso arcentur non solum Philosophi, l. professio 6. C. de munere patrimon. lib. 10. l. 1. §. an 4. ff. de varis, & exoraordin. cognit. l. 8. §. 4. ff. de vacat. munere, verum etiam Clerici, ex hoc textu, & ex supra relatis monachi; unde jure feudali eo ipso quod vassallus votum religionis emitit, arma deponere cogitur, nec ea amplius recipere potest, lib. 2. feudor. tit. 21. & 26. Similiter & qui penitentiae solemai caput subdiderant, arma deferre nequibant, cap. admonere 33. q. 2. cap. de his vero 26. q. 7 cap. contrarium, cap. falsa, de penit. dist. 5. Synodus apud Wormatum tempore Ludovicus apud Hincmarum Rhenens. ibi: *Quicunque proprius uxore derelicta, vel sine culpa intercessit, aliam duxerit uxorem, armis demissis publicam agat penitentiam.* Siebertus in chron. Ludovicus Imperator, a suis desertu, ac prodiitu, & in potestatem filiorum redactus, Episcoporum iudicio arma deposuit, & ad agendam penitentiam inclusus est. Notarunt Juretus ad epist. 85. Ieron., Alteferra ubi proxime.

7. Unde appareret ratio entis decisionis; non enim clericorum arm gladii, sed dolor, ratio dei fluctus, orationes, & lacrimas, cap. non pila, cap. convenerit 23. q. 8. debent enim clerici exemplum Christi sequi, qui in Aegyptum ob Herodis saevitiam fugiens, & lapidibus Iudeorum cedens, non arma armis, sed fugam persequentibus docuit opponi, cap. 1. 23. q. 3. Accedit, quod repugnat habitui, & honestati sacerdotali, arma gestare; qui enim armatum se conuertitur, arroganter fit, & ad injuriam inferendam concitat. Hinc arma causam fatem per accidens praestare dicuntur ad delicta perpetranda, l. si servus, ibi: *Armorum fiducia, C. de bis, qui ad Ecclesiam, si quis in hoc genus 10. vers. quod si, C. de Episc. & cleric. quod ab honestate clericorum prorsus alienum est, ferro enim sanguis elicetur, à quo clerici abstinerent debent, can. 27. Apostolor.* Olim tamen abusus tantus inoleverat, ut passim Episcopi, & clerici armati incederent, ut refert Aymonius agens de Ludovici Imperatoris temporibus, ibi: *Tunc cooperant deponi ab Episcopo, & clericis cingula balbets aureis, & gemmis culris oneraata.* Accedit etiam, nam adeo Ecclesia ab-

horruit usum armorum in ejus ministris, & ceteris fidelibus, ut etiam laicus accedentibus ad Ecclesiam juberet prius arma deponere, ex actis Concilii Ephesini supra in cap. 1. tetuli. Concilium Salegust. can. 8. ibi: *Decretum est etiam in eodem Concilio, ut nemo gladium in Ecclesia portet, regali tantum excepto.* Autellan. 3. cap. 28. Cabillon. cap. 17. illustrat Theophilus Raynaud. tom. 17. derelig. lorisato, fol. 192. Filefacus in cap. 1. de offic. ordin. §. 11. Carolus lib. 7. capitul. cap. 202. illuc: *Sacrificia matutina Missarum, sive vespertina, ne quis cum armis pertinentibus ad bellorum usum spectet; quod qui fecerit, in sacerdotio potestate confisetur, qualis cum distinctione debeat castigare.* Et d. Clementina 1. §. quia vero, de statu monach. Nec tantum in templis, verum nec in eorum aereis, cellulis, leu domibus, l. panteat 3. §. arma, C. de his qui ad Ecclesiam config. usque adeo, ut armatis ad Ecclesias immunitatis causa configere non licet; sed si arma secum in Ecclesiam intulerint, jubentur ea deponere cum religione, ac, nisi ea deponant, ab Ecclesia abstrahuntur, dicta l. 3. §. ult. & servus, qui cum armis ad Ecclesiam configerit, inde extrahi debet; & si resistat, impune potest interfici, l. si servus 4. C. eod. tit. Igitur si laicus fidelibus, qui accedunt ad Ecclesiam, prohibetur arma gestare, quanto magis clericis, & ministris Ecclesia prohiberi debet. An vero judices secularares possint clericos arma deferentes illis spoliare, dubium est; Affirmat P. Caball. resolut. cent. 1. casu. 9. num. 13. Covar. lib. 2. var. cap. 20. num. 28. & practic. q. 37. num. 7. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 23. num. 66. Peguera decr. 56. num. 11. Roussel. lib. 4. bist. Pont. iurisd. cap. 3. num. 39. plures, quos refert & sequitur Vela tom. 2. disser. 44. num. 47. Negat Vazquez in 1. 2. disput. 167. cap. 4. num. 31. Cui sententia libenter adhaereo, nisi à Pratalis propriis adnotitioni fuerint, ut ea deponant; quia cum post tertiam monitionem privilegium fori amittant, cap. au-  
dientia 25. cap. contingit 45. de sententi. excommunic. justè à judice seculari illis arma auferuntur. Profecitur latius Barbosa in collect. ad hunc tex-  
tum, & tom. 6. in select. ad hunc tex-  
tum. Praxitamen apud nos receptum est, ut clerici reporti cum armis post noctis horam, vulgo de la queda, possint illis spoliari, pluribus relatis testantur Azevedo in l. 9. tu. 3. lib. 1. recipil. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 13. num. 87. & lib. 2. cap. 18. num. 66. Vela dicto num. 47.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa; nam à praetenti generali prohibitione necessita. Disolutus casus excipiendi sunt, ut contra viam, tum dubitandi sibi, tum patria illatam, armis seclericis de-  
fendere possint, cap. olim, ibi: *Vim vi duxerit repellendam; & de refit. spol. cap. 3. impresentium 3. de clericis percussore, cap. dilecto 6. de sent. excom. in 6.* Eadem ratione, si civitas ab hostibus oppugnatur, clerici arma defensionis causa sumere pos-  
sunt, cap. petitio. ibi: *Tam clericis, quam laici; de homicidio; cap. pervenit, de immunit. Eccles.* Citra illum tamen necessitatis casum non debent Clerici arma sumere, cap. clericum 23. q. 8. Grotius de jure belli, lib. 1. cap. 5. num. final. Nec obstat au-  
gmentum deductum ex dicto cap. 22. D. Lucæ; non enim ibi juber dominus enies emi ad infi-  
rendas injurias, sed ad extollendas iusti patientiam; non ad feriendos satellites, sed ad in-  
struendos Christianos. Petrus gladio percussit, sed objurgatur à Christo, qui vult in comitatu gladios

# Tit. I. de Vita & Honest. Cleric.

II

gladios haberi, sed non in homines distingi-  
quus ergo gladii usus? Cur, interrogat Ambro-  
sius Petri nomine, emete me jubes gladium, qui  
ferire me prohibes? Cur haberi praecepis, quem  
vetas promi. Et respondet, ut sit parata defen-  
sio, non ultra necessaria; & videar poruisse vin-  
dicare, & noluisse: docet *Waddingus ad D. Franc-*  
*cum tom. 2. fol. 253.* Accedit ratio significandi  
utramque potestatem, gladii videlicet spiritualis,  
& temporalis, Ecclesia esse, ut illustrat *Boba-*  
*dilla d. cap. 1. per teum.*

Sed huius traditis obstat textus in cap. 3.  
*Ecclesiæ de clericis percipli.* ubi clericis arma accipiendo,  
ut. scilicet in pugna, non puniri,  
nec homicidium exinde sequatur, non punitur,  
nec irregularis sit. Igitur quia licet clericis arma  
portare. Augetur haec difficultas ex can. 55. *D.*  
*Basilii ad Amphiboliam, ibi:* *Qas se latroibus*  
*adversis obiectum, si sunt quidam extra Ecclesias,*  
*ab omnī communione arcentur; si sunt autem cleri-*ci, à gradu deponentur. Quicunque enim, inquit,**

*gladium accepit, gladio perirebit. Ubi in eadem pe-*

*cie doceat, clericum cum gladio in latrones re-*trahentem debere deponi. Pro cuius difficultate**

*solatione, & antimoniū conciliacione, dicen-*dandam est cum Balsamone in dicto can. 55. distin-**

*guendum esse inter eos, qui irrueunt in latro-*nes necessitatis causā, cū aliter res suas, vel se**

*detendere nequeant; & inter eos, qui nullā ne-*cessitate coacti in eos irrueunt. Primo casu cū**

*defensionis causā tantum irrueint, nullam ex*taли percussione irregularitatem contrahant,**

*casu, ubi lat. Deo volente, dicemus, de homi-*tate; quod easa procedit textus in d. cap. 3. de**

*clericis percipli. Secundo vero casu, cū nullā ne-*cessitate coactus ad percussione processerit,**

*dicendam est non solum illum irregularitatem*

*contrahere, verū & deponendum esse, iuxta*

*sententiam D. Basili in d. can. 55.*

Pro corona de hisus commentator, dum in usum  
& gestatione armorum incidentis, exponen-  
da est difficultas constitutio Valentiniiani Imperi-  
atoris, que extat in l. unie. C. ut armorum usus.  
Ut inīcio Princeps sit interdictus, in Codice  
Julianeo; in Theodosiano vero Codice sub  
generaliori rubrica, quorum usus interdictus  
est, his verbis: *Nali prorsus, nobis inservi, & in-*conspicili, quoniamlibet armorum movendorum copia**

*tribuantur. Dataz. Non. Octobre, Altino, Jovianio,*

*& Varonianio. Coll. Que verba de privata ci-*vium examinatione accepérunt Bartolus, & ce-*teri reperentes ibi, Hieronymus Butigela in l. 1.***

*num. 102. ff. de verbis oblig. Corneus, Socinus, &*

*Cotta congesit à Hieronymo Duennas regul. 55.*

*Fatimatio in præi crimin. q. 28. num. 65. inde ar-*ma moveare, præ bellum indictere accipi in eo**

*textu Lucas à Penna. Alter etiam accipit textum*

*illum Gudelinus de jure notissimo lib. 5. cap. 33.*

*cuius interpretationem refert Tabor. in ar-*ma-*test. cap. 1. num. 10. Sed his & aliis omisiss, ut***

*vera sententia ipsius legis perpendiculariter, aliqua*

*de ejus auctore, tempore, occasione, & consu-*libus, quibus diriguntur, prælibanda sunt. Ep-**

*graphe ita haberet: Ampp. Valentinianus, & Val-*

*lentia A.D. ad Bulceporum Consularem Campania:*

*ubi exprimitur nomina, tam Imperatorum,*

*qui retribuerunt; quam Consulis, cui retributur.*

*Nec audiendus est Menochius de arbitr. casu 394.*

*num. 23, qui texrum illum Theodosio tribuit,*

*cum sit Valentiniani l. Cum enim Jovianus sta-*

*tim post necem Juliani, 5. Kal. Jul. A. C. 393. Im-*

perator dicitur, enecatus esset mense 8. Imperi, videlicet 17 Februarii, ut referunt Nicæphorus Calixtus lib. 10. bust. Ecclæ. cap. ali. ex Ammiano, Theodoreto, Rufino, & aliis Calvisius in *po-*  
*liannum pag. 536. suffectus ei fuit Valentini-*nus I. anno 394. qui ob multitudinem hostium**

*Imperio imminentem, fratrem Valentem col-*

*legam ascerit, cique oriente permisso, in occi-*

*dentem ipse concerit, teste Petavio i. p. ratione*

*temp. lib. 6. pag. 336. Hoc itaque tempore, cū*

*veluti per universum Romani Imperii ambitum*

*buccine classicum cancerent, & excita gentes*

*levissime limites sibi proximos propulsarent,*

*dum Gallias, Rhetiasque, ut Ammiani verbis*

*lib. 26. utar; Alemani popularentur, Sarmatas, &*

*Quadi Pannonias; Picci, & Saxones, & Scotti*

*Britannos, &c. percusisti, tot tantisque motibus*

*Imperi Proceres, Dynastæ, Civitates, Provin-*

*ciales, exteriores, arma circumspicere, arma fre-*

*mere, arma movere. Quod ne contra leges Julius*

*factum videtur, hi, & illi consensum Imperi-*

*oris eliceret, conati sunt, Bulcephori Conful-*

*lati Campania intercessione utriusque Quoad Bul-*

*cephorū, cui retribuerunt Imperatores, sciendū*

*est, quod Augustus occupato Imperio pro-*

*vincias, quas annuis Magistratum imperii regi-*

*ne facile, nec turum esset, sua curia reservavit;*

*cereras sub Senatu, & populo relictae Procon-*

*sulibus sortiti permisit. Suetonius in *Oktavio*,*

*cap. 47. eas, quæ sub Senatu relictae fuerunt,*

*Consulares; quæ autem Imperatorum partibus*

*cesserant, Proconsulares dictas fuisse, Pompon.*

*Letus tradit de Magistr. Rom. cap. 23. Alii rectius*

*docent, in Imperatorias provincias, Praesides;*

*in alteras Proconsulaires missos fuisse. Welsch. ad*

*ut. de officio. Procons. & Leg. Cujac. lib. 20. observ. 27.*

*ubi in fine notabilem differentiam adjectit, quod*

*Proconsules annis essent Magistratus, qui quo-*

*ad Senatum placuerint; Praesides autem, quandiu*

*Principi visum fuisse, regimen obtinerent.*

*Enimvero distinctio haec ( inter provincias Pro-*

*consulares, & Imperiales ) non diu ab Augusto*

*stetit. Cujac. in comment. ad l. 3. C. de jure scicis.*

*Vide de Hadriani distributione provinciarum,*

*ex Spartiano, & Capitolino Rosin. lib. 10. anti-*

*quit. cap. 16. ideoque Moderatores provin-*

*ciam, l. Curiales 25. de Decur. Praesides, Rectores,*

*Correctores, Consulares, jam dudum promiscue*

*dici cæpere. l. unie. C. ut omnes judices, tam civil.*

*quam crimin. Consulares autem dicti sunt anti-*

*qua consuetudine, quod commissa illis esset*

*provincia, tanquam ex consulibus regenda.*

*Ioan. Gudelin. de Magistr. Rom. cap. 23. Tali cum*

*poteestate præterat Bulcephorus noster Campania*

*provincia Italia, juxta Samnites, Hirpinasque*

*ad mare inferum sitæ, quæ hodie terra de Labor*

*appellatur; felici, & beatæ regioni, humanas*

*cupiditates si arbitretis, in qua idem Liberi Pa-*

*tris cum Cerere cœram exitissimè fabulantur*

*Philippus Cluver. lib. 3. introduct. Geograph. cap.*

*29. Erat enim secessibus amoenis aptissima; unde*

*& secreta, & Campania finis, cap. 86. &*

*Campania amœna, apud Symmachum lib. 7.*

*epis. 35. Sueton. in Augusto cap. 72, aliosque scri-*

*ptores passim celebratur. Et hac quidem de*

*scriptio. Nec præterea est subscriptio, quæ*

*loci & temporis circumstantias suggestendo non*

*parum lucis iudicem intellexi ipsius functionis*

*affect; locus ubi rescriptum hoc dictatum fuit,*

*est Altinum, in provincia Venetiarum, ut docet*

Victor

## In Librum III. Decretalium,

Victor Schot, cap. 26. & tabula Peutingeriana, vulgo Altino: unde forsitan est, quod in Codice Theodosiano librarius, seu amanuensis, non volum in hoc textu, sed & in his, qui mox recensebuntur, semper stylo vulgaris scriptis, literas eas das esse Altino, pro Altini, ubi tunc Valentianus senior hujus constitutionis auctor confitebat, quod variae ibidem ab illo hac tempestate promulgatae constitutiones, quae in Codice Theodosiano passim occurruerunt, liquido ostendunt, veluti dicta lex i. & 2. C. Theodos. quibus equorum usus concessus est, ant denegatus, lib. 9. tit. 30. lex 6. quorum appellations non recipiantur, lib. 11. tit. 36. lex unica de Nautis Tyberini, lib. 14. tit. 21. lex 7. de posteribus, & catabolensis, lib. 14. tit. 3. lex 7. C. de paenit. lib. 9. tit. 40. Mortuus est equidem Jovianus Imperator 13. Kal. Martii, teste Socrate lib. 3. cap. 22. & Eutropio lib. 10. filio Valeriano parvulo relicto. Neque tamen nomina in fastis mutata sunt; licet enim Caesar, teste Dionis lib. 45. consulatus tempus annum, & regulare valde mutaverit, efficeretur, ut ad mentes, & dies aliquando Consules fierent; illud tamen postea constanter custoditum fuit, ut ab illorum nomine anni notarentur, nullo habito respectu ad officii durationem. Hinc distinctione illa consulum in ordinarios, & suffectos; quam prosequuntur Rosinus lib. 7. antiquit. Rom. cap. 9. Arniseus lib. 2. relect. polit. cap. 6. sect. 4. Cyprianus, Cassiodorus, Panvinus, & alii de fastis Consul, agentes. Constantium deniū consularum annum restituuisse, referunt Turnebus lib. 5. advers. cap. 50. Lipsius de Magistratibus, cap. 9. Inde etiam Jovianus post fastu inter Consules refertur, cui etiam adscribitur nobilis constitutio textus in l. si quis 5. C. de Episcop. & Clericis, cuius etiam meminerunt Nicephorus Calixtus lib. 10. histor. Eccles. cap. 39. Zonaras tom. 3. Annal. in Joviano; licet subscriptio ipsius textus mendositas sit, cum vulgo legatur data in 11. Kalend. Martii, Gratianus A. 3. & Merobaudus Consulibus; cum constitutio illa edita fuisset quadriduo ante obitum Joviani, cum Consules essent ipse, & Varronianus, l. 2. C. de rapin virginum, quem errorem jam agnoverit, & emendavit Baronius anno 363. num. 129. pag. 197.

Hinc animadversis jam verba ipsius constitutio breviter perstringamus: prohibito illis generalibus verbis continetur: *Nulli tribuendum esse, &c. quibus non solum Dynastæ, Nobiles, verum & universi cives continentur; ut in l. nulli 3. quod cuiusq; univers. l. 13. C. de fundis patriomon. lib. 11. & alios pluribus; etiam utuntur Imperatores dictione, prorsus, ut excludantur omnia, quæ in contrarium excogitari possunt, ut in l. ult. C. de formulio, l. 1. C. de frumento urbis, lib. 11. Prosequuntur ea verba, armorum movendorum, quibus prohibetur usus publicus, seu privatus movendi arma, etiam sub praetextu, & colore turbarum ingenuitum. Adhibent etiam limitationem Imperatores his verbis: Nobis insciis, &*

inconsitus, id est, voluntate Principis non prius implorata, & impetrata; quam limitationem legimus in l. nullius 4. C. ad leg. Jul. majest. l. 13. ff. de transact. l. anfertur 46. §. 7. ff. de jure sciri, l. 6. §. 1. ff. de officio Procons. l. 2. C. de cadaver. punit, docuerunt Jacob. Gothofredus in dicta l. 1. C. Theodos. quorum usus. Arniseus de majest. cap. 5. de potest. armorum. Nec superfluo dicitur, insciis & inconsitus; cum enim turbulentis primis temporibus conniventa Principium præsumeretur, ut in l. 4. §. 1. ff. de manumis. Et casibus relatis à Tacito lib. 12. annal. Lipsio lib. 4. polit. cap. 3. num. 17. ideo non solum scientia Principis, verum & ejus voluntas desideratur. Senus ergo prædictæ constitutionis est: Campañæ incolas, Dynastæ, Nobiles, & cæteros cives, cum agnoicerent, post subitaneas Principium Juliani, Jovianique mortes, diademate jam in Valentiniū, Valentinius tempore diviso, varlos undique mortis suborbi, petiisse à Rectoré sua provinciæ Bulcephoro, ut sibi copiam faceret armorum, & facultatem traheret arma sua gestandi in publico, illisque adversus omnes insultus utendi. Consul, cum sciret, talia concedere non posse, qua lege Julia majestatis verita fuissent, l. 3. ff. ad leg. Jul. majest. confuluit Imperatorem Valentiniū, qui nominis suo, & collega respondit, nulli provinciali cuiuscunq; conditionis armorum movendorum copiam tribuendam esse, nec singulatim, nec turmatim, inscio, aut inconsitus Principi. Unde non rectè Bartolus, quem sequitur Cujacius in eo textu, generale summarium ita deduxerunt: Nulli licet arma portare sine Principis licentia; cum ex justa & honesta causa licet privatis arma deferre. Nec rectè pro sua sententia Cujacius expendit Sinesium epist. 107. libi: Non licuum est privatis hominibus arma deferre; nam ea verba apud Sinesium non leguntur affirmativè, sed cum interrogatione; nec ea sententia est ipsius sancti Episcopi, sed alterius, quem refellere & convincere Sinesius intendebat, ut constat ex integra epistola, ibi: Iucundus es, cum nos arma fabricare prohibes, hostibus latè omnia tenentibus, omniaque depredanibus, atque indies integrum populum conseruimus jugularibus, cum milles nullus adit, qui quidem compareat; qua cum ista sint, tantumne licere negabis privatis hominibus arma ferre?

Nec etiam usum armorum privatis indistinctè prohibuitur esse, suadetur exlege 3. §. 1. ff. ad leg. l. 3. §. 1. ad Julianum de vi publ. in illis verbis: Eadem lege Julia leg. luh. de tenetur, qui pubes cum telo in publico fuerit. Loquitur vi. enim lex Julia de usu, gestatione, seu delatione armorum in publico, cum vel corvus, turba, seditiōve fieret, l. 5. ff. codem: vel si quis idem cum telo ambulasset, ut talia faciliter perpetraret, l. 4. ff. codem. Excipitur autem ipsa lege Julia gestatio caustaria, seu ex honesta causa suscepta, ut sunt venationis, itineris, vel navigationis, l. 1. ff. cod. velut ubi quis telum tutande salutis sua causâ gestasse probatur, l. penult. §. ult. ff. cod.

CAPUT